qui in unitatem sui corporis ex multorum
fratrum membris omnis unum in xpo corpus
effecerunt & eum religiosa obseruatione
suscipientes tuentur.

Interea moyses peregrinum fratrem abe
gypto liberauit. ab egypto in iuriam
perpetrantem in ultimo esse pro seruis fra
trem defendit & eundem egyptum occidit.
cuius figura facillime occurrit in uiriosis
nobis in hac peregrinatione: diabolum a dno
xpo nobis defensis occidi. Quod uero in sa
bulo hagar eo bruit in tempto. mani
festum est eius tam mortuam quam presenti
am in eis latere. qui non habent stabile fun
damentum. unde & ecclesiam dns in petra
edificat & eos qui audiunt uerbum eius &
facium. comparat prudenti uiro qui edi
ficat domum suam super petram. & ne temp
tationibus cedat & corruat. Illos autem
qui audiunt & non facium. comparat
stulto edificanti super arenam cuius temp
tata domus ruinam efficit magnam.

VIII Deinde dum pasceret moyses oues iethro
socerisui uidit ardere rubum & non
comburi. apparuit in rubo dns moysi mit
tens eum ad gentem. quam presciebat
in quam futuram. & erat flamma in rubo
id est in spinis. & rubus non cremabatur.
Rubus spinae peccatorum iudaicorum.
flamma in rubo. uerbum di. quo ergo
illis lex data est. flamma erat in rubo.
quod legedata non sunt consumpta peccata
rubus nec sub igne cremabatur. Nu
in rubo flammante & non urente ecclesiam
intellegunt. in flammari persecutionib:
& eam loquente in illa dno non peri re.

Quod uero dns moysi in eodem rubo appa
ruit relegitur. ostendit non alibi quam in
ecclesia eum credentibus apparere. qua
nullus digne consistere uel dn uidere potest.
Nisi qui cuncta terrena & mortalia deposue
rit uitia. Quod significabant illa moysi
calcamenta deposita. habet quippe &
alam figuram id quod moyses excalciari
iubetur. Veterum namq; consuetudo erat
ut si sponsa sponsum repudiare uellet dis
calciaretur ille. & hoc esse signum repudii.
Proinde moyses excalciari iubetur. quia ad
ecclesiam quae in rubo significabatur qua
si sponsus calciatus accedere. hoc enim xpo
seruabatur. qui ueritus sponsus erat. de quo
dicit iohannes. cuius non sum dignus soluere
corrigiam calcamenta. utiq; sicut dicunt
iosuae & moysi. Haec autem dicunt
propter ea in rubo apparuisse dn moysi
& non in alio ligno. ne forte exsculperent
in eodem iudaei idolum semper enim dns ab
stulit occasionem idolatriae.

VIIII Mirum dehinc moyses ad liberandum po
pulum israel. qui dicit dno. Quod sig
num habebo ut credant mihi quia tu me misisti.
& dns ad illum. proice in quid uirgam qua
in manu gestas. iecit eam & proiecit & facta
est serpens. expauit moyses. & fugit. Cui ait ill
dns. Adprehende caudam eius. & adprehen
dit. & facta est rursum uirga. Quid enim
hoc significat. serpens enim per suasit homi
ni mortem. ergo mors per pentem uirgatam
in serpente xpi in morte. & tamen expauit
& fugit moyses. quid est a illo serpente fu
gisse moysen. nisi quod legitur in euangelio
factum. mortuus est xpi & expauerunt discipuli.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc159/0202